

## Band I., Nr. 104, Seite 119-120

*Patacho und Sigibert treten dem Kloster St. Gallen tauschweise, gegen Güter in Patahinuuilare, andere in Apflau, Laimnau und Oberdorf ab, und schenken dazu noch einige Güter in Langenargen und Apflau.*

## Patechinuuilare, 839. Oktober 22.

(Chr.) Inter quos caritas inlibata permanserit, pars parti beneficia oportuna prestantur, nihil sibi de rebus propriis censuit minuendo quod e contra recipit in augmentum. Ideo necesse est propter futura tempora iurgia subicienda scripturę vinculo conligere. Nunc vero in dei nomine plurimis incognitum non est, qualiter Patacho, bone memorię quondam presbiter, omnem rem suam, quam habuit in loco Patahinuuilare<sup>1</sup> nuncupato, deo et sancto Galloni, seu rectoribus eiusdem monasterii tradidit atque delegavit pro remedio anime sue, quicquid illo die in praedicto vvilare habere visus fuit iure hereditatis, et nepoti suo Albericho in censum proservire concessit in duos solidos. Igitur ego Patacho et Sigibret conplacuit atque convenit nos cum viro venerabili Bernuigo abbate, atque cum advocato suo Podalolto, nec non cum cuncta congregatione, ut praefatam rem in illa vvilare, quam patruus noster ad praedictum monasterium tradidit, hoc sunt, hobę duę de arabili terra et octo in silva, quia nobis oportunum et aptum esse videbatur, per concambium equali mensura cum nostro proprio in aliis locis, illis bene aptis et oportunis, ab eodem monasterio in ius proprietarium reciperemus, quod ita et fecimus. Illud vero, quod nos donamus in concambium, est situm in pago Argungoge in villa Apfulhouua, sicut ibidem visi sumus habere, id sunt hobę II cum edificiis diversis, campis, pratis, pascuis, viis, aquis aquarumque decursibus; et in alio loco contra Diodaldum et Ruadcozzum de estimata silva hobe duę et dimidium; et ad Leimouuo silvam unam habentem hobas V; et in Oberindorf, ad sublementum hobę decime, iurnales X de arabili terra mensurate. Modo fiunt in summa, quod nos ad monasterium donamus in concambium, sicut probatissimi et fidelissimi viri nostris et vestris partibus estimaverunt: in arabili terra et silvis incultis hobe decem aequaliter, sicut a vobis accepimus. Ea

<sup>1</sup>Der Güterort *Patahinuuilare* ist sicherlich auch der Actumort *Patechinuuilare*, allerdings kaum überzeugend ermittelt. In der Diskussion standen Bettenweiler, Horgenzell, RV, sowie Bettenweiler, Friedrichshafen, FN, sowie auch Pechtensweiler, Achberg, RV, und Batzenweiler, Friedrichshafen, FN; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 392, Anm. 381.

## II

scilicet ratione, ut quicquid ad Apfulhouua vobis donavimus, et contra Dioldoldum et Ruadcozzun illam silvam nepus noster Albericus presbyter cum eodem censu, sicut de praedicto Patechinuulare fecit, quam nos adquisivimus per concambium, cum duobus solidis proserviat, in quaecumque pretio potuerit, tempus vite sue, et post eius discessum res predictae ad monasterium revertantur perpetualiter possidendum. Insuper etiam ad honorem domni abbatis, et reverentia fratrum superdonamus vobis extra concambio ad Argunam iurnales XIII, et de pratis ad Apfulhouuo ad XII carradas, et silvam pertinentem ad eisdem hobis; et tamen Albericus presbyter eandem pratam et silvam sub eodem predicto censo proserviat. Cetera omnia in vestra potestate permaneat in perpetuum. Si que hanc cartulam concambiationis utrique parte inrumpere temptaverit, primum iram dei incurrat, et rem quam accepit amittat, et nihilominus presens cartula concambii firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum in ipso Patechinuulare, publice, presentibus quorum hic signa continentur. Signum Patachonis presbyteri et fratris sui Sigiberti, qui hanc cartam concambii fieri et firmare rogaverunt. signum Reginhad. + Piricho. + Selbo. + Diotheri. + Uolcherat. + Podalolf. + Cundbret. + Uuolfbert. + Diotini. + Pruninc. + Folhhart. + Uualto. + Eolunc. + Tougolf. + Rathelm. + Meginbret. + Ratpreth. + Engilhart. + Uuigerat. + Engilbold. + Folholt. + Peio. + Perahtram. + Eckihart. + Palderih. Ruadpreth. + Heriger. + Uualdmar. + Hunbert. Frumiger. + Cundhart. Ego itaque Uualto diaconus, anno XXVII.<sup>a</sup> regnante Hludouuico imperatore, XI. Kalendas Novembris, die Mercurii, Indictione III.<sup>2</sup>, scripsi et subscripsi<sup>b</sup>, sub Choanrato comite.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

<sup>a</sup>Nach XXVII im Original eine *i* gelöscht.

<sup>b</sup>Die Silben *scripsi* im Rekognitionszeichen.

<sup>2</sup>Die Indiktion III passt wie alles übrige, sofern angenommen wird, dass Indiktion II mit dem September zu Ende gelaufen.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

### Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen II. 158

### Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 216. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 296 (Auszug). UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 381, S. 355 f.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Patechinuuilare

### Ortsindex:

Apflau Wohnplatz (18289)<br> Apflau, Tettngang, FN<br> Argengau<br> Batzenweiler Wohnplatz (17850)<br> Batzenweiler, Friedrichshafen, FN<br> Bettenweiler Wohnplatz (17852)<br> Bettenweiler Wohnplatz (20910)<br> Bettenweiler, Friedrichshafen, FN<br> Bettenweiler, Horgenzell, RV<br> Laimnau Wohnplatz (18334)<br> Laimnau, Tettngang, FN<br> Langenargen Wohnplatz (18010)<br> Langenargen, FN<br> Oberdorf Wohnplatz (18012)<br> Oberdorf, Langenargen, FN<br> Patahinuuilare<br> Patechinuuilare<br> Pechtensweiler Wohnplatz (18583)<br> Pechtensweiler, Achberg, RV<br> St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz